



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui ex alia parochia sunt, & deprædationes faciunt. xlv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

vel flagitiis, reus erit iræ, & vindictæ Dei omnipotentis quem spernit: quia hæc omnia diuina ei voce interdita sunt, & secundum Apostolum, obedire Deo oportet magis quam hominibus, & secundum quod deliquit, dignè iuxta decreta canonum pœniteat: & si pœnitere noluerint, excommunicentur.

De eadem re. Cap. **XLII.**

Ex cõcil. Meldēsi, cap. 10. **D**E his qui pro delicto suo à communione separantur, ita placuit, ut in quibuscunque locis fuerint excommunicati, eodem loco consequantur communionem.

De eadem re. Cap. **XLIII.**

Ex cõcil. Rotoma. cap. 3. **S**UNT aliqui qui culpis exigentibus ab episcopo prius excommunicantur, & ab aliis Ecclesiasticis, vel laicis præsumptione, in communionem accipiuntur, quod omnino sanctum Nicænum concilium, simul & Chalcedonense, necnon & Antiochenum, atque Sardicense fac prohibent.

De eadem re. Cap. **XLIV.**

Ex cõcil. Carthagi. cap. 9. **A**UGUSTINUS episcopus legatus Numidiæ provinciarum suorum ab Ecclesia pulsus fuit, & siue ab episcopo aliquo, vel presbytero fuerint in communionem suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius fugientibus sui episcopi regulare iudicium, Ab vniuersis episcopis dictum est, omnibus placet.

De eadem re. Cap. **XLV.**

Ex eodē, cap. 73. **Q**UI communicauerit, vel orauerit cum excommunicato: si laicus est, excommunicetur, si clericus deponatur.

De illis qui ex alia parochia sunt, & deprauationes faciunt. Cap. **XLVI.**

Ex cõcil. Meldēsi, cap. 2. **D**E illis autem, qui infra parochiam beneficii aut redditus habent, & alterius Episcopi parochiam sunt, & de loco ad locum iter faciunt, rapinas & deprauationes peragunt, placuit, ut excommunicentur, nec ex parochia exeant, quàm quæ perpetrarunt, dignè emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum, & proprio episcopo significanda est, ne eos recipiant, antequam redeant, ubi rapinam fecerunt, & omnia pleniter emendent.